

Recueil des chartes de l'abbaye de Stavelot-Malmedy, 154

In hac sedula annotatae sunt ecclesiae que respectum ad luminare debent huic nostrae ecclesiae Stabulensi et jus presbyterorum cum representant scriptum.

Ecclesia de Erclai solvit XIII denarios, presbiter II accipit.

Ecclesia de Doroit XII denarios, presbiter II d.

Ecclesia de Oseis ceram solvit, presbiter VIII d. Ecclesia de Louineis debet caseos, presbiter VI d.

Ecclesia de Grasdes ceram, presbiter VI d.

Ecclesia de Olfait ceram, presbiter VI d.

Ecclesia de Wellin ceram, presbiter XII d.

Ecclesia de Marcha den. et caseos, presbiter XII d.

Ecclesia de Jupilia caseos et panes, presbiter XII d.

Ecclesia de Karanco optimum cereum et caseos, presbiter II sol.

Ecclesia de Ledernaco III solvit den. et caseos, presbiter XII den.

Ecclesia de Wirices den., presbiter VI d.

Ecclesia de Summae den., presbiter IIII d.

Ecclesia de Heis den., presbiter IIII d. Ecclesie de Keuruns, Raheries, Baldou, caseos debent, presbiter jus suum accipit.

Ecclesia de Osnes caseos et XVIII d. Fosses itidem, presbiter earum VIII d.

Ecclesia de Rona el alterius Ronae caseos et III sol., presbiter earum VIII d.

Ecclesia de Fonteneles XXX d. cerae solvit, nuntius II d accipit.

Ecclesia de Salmes panes et caseos, presbiter VI d.

Ecclesia de Tectis et de Veruiers et de Sarto et de Ialehai infra Pentecosten ex gratia panes et caseos representant, et presbiteri singulos sol. accipiunt. In vesto sancti Remacli antiquo jure de his tribus parrochiis unaqueque domus panem unum vel caseum debet et obulum, presbiteri vero singulos sol. accipiunt.

Ecclesia de Amblavia in commemoratione sancti Remacli cereum dabit, presbiter XII d. accipit; iterum infra octavam Pentecosten caseos et panes et cereum representat, presbiter XII d. habet.

Ecclesia de Waimes panes et caseos, presbiter IIII d.

Ecclesia de Bolenges panes et caseos, presbiter VIII d.

Ecclesia de Buetenbach cereum unum et panes et caseos, presbiter VI d.

Ecclesia de Sancto Vito panes et caseos et cereum, presbiter XII d.

Ecclesia de Bellen in festo sancti Johannis cereum, panes et caseos, presbiter XII d.

Ecclesia de Astellebrunna panes et caseos, presbiter XII d.

Ecclesia de Monte Sancti Martini ceram et panes et caseos, presbiter XII d.

Ecclesia de Tumbes cereum, panes et caseos, presbiter XIII d.

Ecclesia de Holdrehenge panes et caseos, presbiter VI d.

Ecclesia de Wanenbais VI d accipit.

Ecclesia de Achisvilla VI d.

Ecclesia de Durlenges III d.

Ecclesia de Benerehun III d.

Ecclesia de Hondilenge ceram debet, presbiter IIII d. accipit.

Ecclesia de Holdenge ceram debet, presbiter IIII d. accipit.

Parrochi de Longliers qui aliquando ex gratia cereum representant XII d. accipiunt.

Ecclesia de Braz caseos debet et cereum vel III sol. pro redemptione, presbiter VII d.

Presbiter de Belluois XII d. accipit.

De terris quae ad altare beati Remacli respectum debent.

Ad Tilaz juxta Sanctum Severinum VI bonuarii terrae quorum unusquisque singulis annis I d. solvit. De Horto I d. Ad Romunt I d. De allodio Arnoldi de Vilengal II d. De terra Wannin III d. De terra que jacet ad Huz II d. De terra ad Vilenz II sol. De terra Wilelmi de Amarnen IIII den. De terra Heinrici de Heis III d. De terra ad Comblenez VIII d. et de decima ejusdem allodii V d. De Homart X d. De allodio Reinboldi de Longia IIII d. De Olpane juxta Werices VI d. De Harenzeis XII d. De respectu terre Rolandi de Doroit VI d. De Lambretmunt juxta Richen II d. De Flobrezeis XXX d. De terra Mannil XXX d. et de prato uno in eodem loco II d. De Lihereis V d. De terra Petri et Bertrade ad Floreis II d. De Vileir VI d. De terra apud Hoffel Grantster XIII d., et censor ejusdem villae de censu capitum V sol. debet. De Heriar . . IIII sol. Inter Bruskeroit et Condreumunt III sol. In villa Oldovr que inter Leodium et Tungris mansus unus terrae solvit XXX d. in festo Symonis et Judae Leodii, et minister ejusdem terrae censori de Louineis III sol. ad prebendam fratrum pertinentes de censu hominum supradictae curtis solvit. De terra que jacet apud villam Orto XII d. De Albofonte IIII d. Ad Rubum juxta Visaiam ad sanctum Remigium terra II d. solvit. Ad Meslen terra I d . solvit. De Condestorp VI d. De indominicatura de Wanenge debet Cuno de Wellin XII d. De molendino apud villam Emborines exeunt IIII sol. ad Visatium et IIII in festo sancti Lamberti, et tamen idem molendinum antiquitus XXIII sol. solvebat. In villa Longia tenet filius Udonis Godefridus terram de qua solvit II d. In villa Amaz juxta Okeries tenet Folchredus terram de qua solvit VI d. Ante castrum et villam Longiam jacet terra que solvit XII d. in festo sancti Remacli; in Dornella juxta Spontin terra quae solvit IIII d. Item in villa Orto est terra que solvit VI d.

De sumptu aecclesiae a Natale Domini usque ad aliud Natale.

In vigilia Natalis Domini custodibus aecclesiae VI d. In die XVI; reliquis tribus diebus II sol. inter diem et noctem. In Circumcisione III d. In vigilia Epiphaniae in vespera IIII d., in die autem VIII. In Conversione sancti Pauli III d. In Purificatione sanctae Mariae VI d. Intrante quadragesima VIII d. custodibus, pistori et fabro pro proportionibus XX d. Ad cortinas ponendas III d. In Palmis quando purgant aecclesiam III d.; in die III d. In cena Domini panem et vinum custodibus et pistori et fabro et unicuique eorum denarium unum.

In Parasceven quando cereum faciunt VI den. Sabbato sancto VI d. In die sancto Pasche XVI d.; reliquis diebus et in octab. XII. In Ascensione III. In Commemoratione sancti Remacli in vespera III d.; in die vero VI. In festo sancti Servatii III. In vigilia Pentecosten VI d.; tunc etiam IIII carpentarii et lautor et edituus unusquisque II d. pro caltiamentis; fenestrarius vero ad censum quorundam sibi deputatum accipit in die sancto Pentecostes XVI d ; reliquis diebus in quibus a mane usque ad vesperam ecclesiam custodiunt XVIII d. In octab. Pentecostes III d. In Dedicatione ad vesperam IIII den. In die Dedicationis XVI d. Ante festum sancti Johannis panem et caseum de altari et potum accipiunt; tunc etiam accipiunt duas pensas lanae quas dividunt in tres illi de Leuois et illi de Hildricimonte. In die festo sancti Johannis Baptiste XVI d.; in vespera IIII denar. In Translatione sancti Remacli XII panes et unum sextus vini et III sext. cervisae et arietem unum; tunc etiam a custode calceamenta qui superius accipiunt. In Ad vincula sancti Petri III d. In die sancti Laurentii III d. In Assumptione sanctae Marie III d. Ante festum sancti Remacli quando purgant aecclesiam, victum sufficienter; in vespera VI d.; in die XVI d. et calciamenta sicut in festo sancti Johannis. In Dedicatione turris III d. In octab. sancti Remacli III den. In Nativitate sancte Mariae III d. In festo sancti Mathei III d. In festo sancti Michahelis archangeli III den. In die Omnium sanctorum VI d. In festo sancti Martini III denarios. In festo sancti Andreae III d. Summa : XXVIII sol. et VI den.

Quandocumque etiam operantur aliquid circa aecclesiam vel in silva pro aecclesia a custode pascuntur. Edituum omnino pascere et vestire debet custos. Custodibus Malmund. XVI panes et XII caseos et XXXII ova et II sext. vini et III cervisae, mercennariis in festo sancti Johannis Baptiste, cum cereum, ficum et libram piperis offerunt, dabit IIII panes et IIII caseos, pro vino III denarios.